



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

XCIII. Contra Capuccinos transeuntes ad aliam Religionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

teras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integratos effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabili in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque, & non alter in præmissis per quocumque Judices Ordinarii, & Delegati, etiam Caufarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Rom. Eccl. Cardinales, etiam de Latere Legati, necnon Magnum Magistrum, & Consilium, ac quævis Tribunalia Hospitalis predicti, alioſe quoſlibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiiri debere; ac irritum, & inane, si fecerit super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Hospitalis, ejusque Linguarum, & Prioratum quorumvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia corroboratis, statutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibus derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis Clausulis, & Decretis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expresa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per Clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma adhuc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, insertis, servatis, & specificatis, respectivo habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem profusa fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habetur, que haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibita, vel ostenta.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annul. Pisc. die XI. Maii MDCXCVII. Pontificatus nostri Anno Sexto.

XCIII.

Confirmatur Constitutio Alexandri VII. contra Religiosos Capuccinos transeuntes ad aliam Religionem.

Pred. Constitutio ed. fuit 1664. Dec. 17. Et hujus Pontificis Const. ed. 1698. Oct. 10. P. 8. agitur de eorum transitu ad alias Religiones.

Dat. 12. Junii
1697. An. 6.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

EX injuncto nobis divinitus Apostolicæ servitutis munere ea, quæ a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris ad conservandam Religiosorum Ordinum eximia pietatis, & aetioris disciplina meritis conspicuorum existimationem provide emanasse noscuntur, ut firmiter sint, & serventur exactius Apostolici muniminis nostri patrocinio, cum id a Nobis absque alia declaratione esse declaramus.

Bullarii Romani Contin. Pars VI.

petitur, libenter corroboramus, illisque, ne temerario cujusquam ausu violentur, novas sanctiones adjungimus, sicut in Domino expedire arbitramur.

§. 1. Alias siquidem pro parte tunc existentis Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatum fe. rec. Alexandro PP. VII. Prædecessori nostro expoſito, quod nonnulli e dicto Ordine ad alias Religiones transibant, assumptoque in illis habitu Regu'ari, ad quas Provincias, in quibus habitum prædicti Ordinis Fratrum Capuccinorum publice gestaverant, ac cogniti, & commorari fuerant, illico habitum se conferebant, & ad regendas, seu deferendas proprias imperfectiones ejusdem Ordinis Fratrum Capuccinorum famam multis imposturis lacerare non verebantur, cum gravi Saecularium scandalo, bonique nominis d. Ordinis detrimento; Idem Alexander Prædecessor supplicationibus ejusdem Procuratoris Generalis nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, ne cætero quisquam, qui e memorato Ordine Fratrum Capuccinorum post emissam in illo professionem Regularem ad aliam quamcumque Religionem quomodolibet transivisset, in ea Provincia, in qua professionem hujusmodi emisisset, ac habitum eorumdem Fratrum Capuccinorum publice gestavisset, habitare, seu commorari auderet quovis modo, vel præsumeret auctoritate Apostolica prohibuit, & interdixit, & alias prout in ipsius Alexandri Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 17. Decembris 1664. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberiori continetur.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius Moderator Vice-Procurator Generalis d. Ordinis nobis nuper exponi fecit præfati Alexandri Prædecessoris Literæ, quia nullius poenæ infiſtione, seu communione vallatae reperiuntur, iisque, qui interdum e dicto Ordine ad aliam Religionem tranſeuſi licentiam ab hac S. Sede sibi concedi obtinent, illis per literas Apostolicas, quæ super licentia hujusmodi expediri solent, ut posteriores vigore clausularum derogatoriarum in eis approbatum, derogatum esse prætentunt, minus accurate serventur, non sine notabili honoris dicti Ordinis præjudicio. Nobis propterea dictus Vice-Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune prævidere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsius Vice-Procuratoris Generalis Votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latris, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, supradictas Alexandri Prædecessoris literas, cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus; necnon omnes, & singulos, tam Religiosos, qui literis hujusmodi contravenerint, quam Superiores, qui illos in aliqua Provincia contra earundem literarum dispositionem collocaverint, seu retinuerint, eo ipso privationis vocis activa, & passiva poenam absque alia declaratione esse declaramus.

Epiſlogus
Conſtitut.
præd. qua in-
terdictum
fuit ad Reli-
gioſis com-
muniari in ea-
dem Provin-
cia.

Præces Vice-
Procuratoris
Gen. & cau-
fa confirma-
tionis.

Confirmatio
Conſtitu-
tio-
nis Alex.
&
poena in con-
travenientes

1697.

Clauſus.

§. 4. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integras effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandomque spectabit inviolabilitate observari, neque ipsis præsentibus per quascumque clausulas generales, nisi facta illarum speciali, & individua mentione, ullo modo derogatum censer: Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caufarum Camera Apostolica Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ dictus Alexander Prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem presentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscator. die XII. Junii MDCXCVII. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

XCIV.

Erigitur Oppidum Bleſen. in Civitatem, ejusque Ecclesia S. Solemnis in Cathedram.

Conf. ed. 1694. Maii 16. P. 3. extat eretio Episcopatus Bleſen. Nemaufien. Diæcesis. Et Benedict. XIII. Conf. ed. 1728. Nov. 15. P. 5. eretio Episcopatus Fabriani.

Dat. 25. Junii
1697. An. 6.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN Sacra Beati Petri Sede meritis licet impatribus, ita Patre lumen disponente collocati, ad agrum, gregemque Dominicum nostræ commissum curæ sollicita mentis acie circumspicientes in iisque ejusdem agri multiplicatis illius cultoribus exactiorem culturam, gregisque majorem fecunditatem profutura esse dignoscimus opem, ac operam nostram libentissime impartimur, praesertim dum sublimum, & excellorum Regum vota id exposcut, consideratis que locorum, personarum, & temporum qualitatibus id expedire animadvertisimus.

Causæ d. erec-
tionis, &
Laudes Op-
pidi Bleſen-
sis.

§. 1. Hinc est, quod Nos pro Pastorali nostro Officio, & omnium Ecclesiarum sollicitudine provide considerantes Diæcsem Carnotensem tam in longitudine, quam in latitudine amplissimam, Regionemque Bleſensem Populorum, & Incolarum copia valde refectionam a Civitate Carnot. esse adeo remotam, ut unicus Pastor tanta animarum multitudine ea, qua pars est diligentia regere minime possit, præcipue cum earum major pars confoveri, firmari, & consolidari necesse habeat in vera, & Orthodoxa Fide Catholica, ad quam divina favente gratia, atque applicatione, & cura Charissimi in Christo filii Nostri Ludovici Francorum Regis, qui suorum Subditorum saluti semper intentus solum Dei cultum, ejusque Orthodoxam legis Observantiam, S. Matris Ecclesiaz exaltationem, herefum extirpationem, hereticorum-

que conversionem præ oculis habet, non ita pri- dem feliciter conversa est, æquissimum esse re- medium duxit Regiones Bleſensem, & Vindociensem, ac partem, seu certam portionem Regionis Dunensis duabus regionibus prædictis contiguam a Diæcsei Carnot. separare, & dis- membrare, Oppidumque Bleſense situm in Provincia Aurelianæ. ad Ripam fluvii Ligeris maris undique cinctum, quod olim fuit Comitum Bleſensem Sedes, & deinde Regum Fran- cie, ac modo satis conspicuum bis mille circiter Domus, & supra decem millium Incolarum continens, Urbis Præfecto, & Regio Castro multipliciique cura, seu jurisdictione Prætoris quem Balliviatum vocant decoratum, constans quoque Virorum, & totidem Sanctimonialium Conventibus, duabus Collegiatis Ecclesiaz, in quarum altera Sancto Salvatori dicata quinque di- ginitates, duodecim Canonicatus cum præben- da, & trintia duæ Cappellania cum proventibus, redditibus, & in eodem Oppido, ejusque suburbis adsunt sex Parochiales Ecclesiaz, inter quas insignior est illa Sancto Solemni Sacra, sumptis, & expensis dicti Ludovici Regis noviter re-ædificata, pulchra, & satis elegantis structuræ, tredecim Cappellis cum aliis tribus nondum terminatis, Campanile cum tribus Campanis, Cam- meterio, Fonte Baptismali, ac Choro cum quadriginta duabus sedibus, & navi populum capace ornata, & decorata, sacraque, ac profana suppellebili ad divina peragenda, non ta- men Pontificalia exercenda utcumque instruta, in Cathedram, ibique Sedem Episcopalem eri- gere, & collocare, præficiendo ei novum Episco- pam, qui tum verbo, tum exemplo boni operis Incolas illorum finium magisque in vera Fide confirmaret.

§. 2. His igitur aliisque de causis animum no- strum moventibus, re prius in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. Romana Ecclesia Cardinalium rebus Confistorialibus præ- posita sub die 19. Julii, & septima Septembribus anni Domini millesimi sexcentesimi nonagesimi sexti, vigesima quarta Januarii, & vigesima qua- ta Maii currentis anni mature disculpi piis ejusdem Ludovici Regis desideriis annuere vole- ntes, ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine de Venerabilium Fratrum No- strorum S. R. E. Cardinalium confilio, & assen- su dictum Oppidum Bleſense, necnon Distri- ctus, & territoria integra Archidiaconatum Bleſensis, & Vindocinensis, ac certam partem, seu portionem Archidiaconatus Dunensis per Venexabilem Fratrem Nostrum Episcopum, & dilectos filios Capitulum, & Canonicos Carnot. designata, & delineata cum omnibus suis confinibus, & terminis, qua in latitudine, & longitudine per sexaginta milliaria Itala se ex- tendunt, & intra qua centum, & nonaginta duæ Parochiaz, octoginta millia fidelium compleientes, numerantur, ab ordinaria jurisdi- cione dicti Episcopi Carnot. de ejus, ac illius Capituli Cathedralis expresso consenu, a qua au- toritate separamus, dismembramus, segre- gamus, & dividimus, illudque, ac ejus Clerum a moderno, & pro tempore existentis Episcopi Carnot. superioritate, jurisdi- cione, potesta- te, subjectione, visitatione, & correctione, ac quibusvis aliis juribus Episcopalis prorsus, & omnino eximus, & liberamus, ac Oppidum prædictum Civitatis, illiusque Incolas Civium nomine, ac titulo, & honore decoramus, illudque in Civitatem Bleſensem nuncupandam eri- gimus, & Parochiale Ecclesiam S. Solemnis in dicto Oppido Civitate nuncupatam existen. in Cathedram Ecclesiam sub invocatione S. Lu- dovici pro uno Episcopo Bleſen. nuncupando, qui illi præfit, ac ipsam Parochiale Ecclesiam ad formam Cathedralis Ecclesiaz redigi faciat,

Preces Ludo-
vici Regis
Francie.

Separatio
Regionis Bleſen-
sen. Vindoci-
ensem, &
Dunen. ex
parte a Diæ-
csei Carno-
ten.

Erectio Op-
pidi Bleſen.
in Civitatem,
& Ecclesiaz S.
Solemnis in
Cathedralem sub ho-
nore S. Lu-
dovici.

necnon